

i cui colpi però si
spunteranno con-
tro la sua virtù.

Lo esorta pertanto
a sperar bene.

sed solet ita cum probis fortuna bellum gerere, ut improbos faciat,
si possit; si minus, exerceat tamen. nam imbelles quidem et
enerves facile exuperat ^(a) et ad primos impetus substernit. virtus
autem frangi nescit, vinci non potest; sed eo semper fortior ac
maior occurrit ^(b), quo graviora sunt vulnera que casus inflixit. 5
nichil igitur in hanc rem admonitione mea opus habes, fortunam
omnem expertus, omnem equanimiter passus. reliquum est ut
bene posthac speres. quos enim tristis fortuna vincere non potuit,
eos plerunque leta sublimat. vale. Padue, .v^o. februarii 1397.

(a) *Dopo exuperat il resto dell'epistola fa difetto in Ra* (b) *B occurrerit*